

« 5. In locis, ubi beatos prædictos ab omnibus coli permisum fuit, non inde publica Officij recitatio permissa censeatur, sed tantummodo privata; nec satisfactoria præcepto recitationis, nisi quoad illos, quibus Sedes apostolica de hoc indulserit.

« 6. Missæ pariter, quæ fuerint indultæ certis personis, nempe presbyteris regularris, vel sacerdotalibus alicujus loci, vel monasterii, seu presbyteris alicujus ecclesiæ servitio præcipue addictis, a confluentibus sacerdotibus, quavis dignitate (etiam cardinalatus) insignitis, minime celebrentur.

« 7. Dies festi in beatorum eorumdem memoriam non celebrentur, nisi speciali indulto apostolico provisum fuerit.

« 8. Eorumdem nomina in calendariis non apponantur, nisi illius tantum loci, earumque personarum, in quo, et a quibus cultus cum Officio, et Missa celebretur.

« 9. In quibusvis ecclesiasticis precibus, etiam in oratoriis privatis recitandis, particularia eorumdem suffragia non apponantur, vel recitentur.

« 10. Publicis in precibus præterindultas, et a Sede apostolica approbatas, iidem beati non invocentur.

« 11. Eorumdemque reliquie in processionibus minime circumferantur.

« 12. Sacra eadem Congregatio præsentibus declarare, et jussione removere non intendit cultum beatis per communem Ecclesiæ consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque sanctorum scripta; vel temporis centum annorum metam excedentis scientiam, ac tolerantiam Sedis apostolicæ, aut ordinariorum hactenus præstitum, aut certis modo et forma ab eo tempore eis exhibitum. Verum si a centum annis circa cultus hujusmodi, aliqua ex parte constiterit auctus et extensus, eo casu sacra eadem Congregatio eundem in pristinum reduci jubet, prout quemvis cultum, extra casus prædictos, ad expressa tantum verbaliter in apostolicis indultis omnino revocari mandat, sub poenis, etc.

« 13. Firmis quoque remanentibus decretis, nempe ne beati in patronos elegantur, ne eorum natalitia cum octavis celebrentur, et aliis quibuscumque a sacra Congregatione hactenus emanatis, quæ præsenti decreto renovantur.

« 14. His autem sanctissimo relatis, et in Congregatione sacrorum rituum ordinaria

habita coram Sanctitate Sua per eminentissimum et reverendissimum dominum cardinalem Sachettum accurate perlectis, matureque discussis, Sanctitas Sua ea approbavit, et pro omnimoda eorum observatione, mandavit typis imprimi, ad valvas affigi, et publicari, ut elapso termino sex mensium, a die publicationis eorumdem, omnes, et singulos afficiant, et arcent, ac si omnibus, et singulis eadem exhibita, et personaliter præsentata, intimata, seu notificata fuissent.

« 15. Indulsitque locorum ordinariis, ut auctoritate Sedis apostolicæ possint, imo debeant sacerdtales, et regulares quoscumque quantumvis exemptos, etiam societatis Jesu, sancti Antonii Viennen. et sancti Joannis Hierosolymitani, ac reliquos omnes, speciali expressione indigentes, etiam sub censuris compellere. Cumque aliqui nulli subdantur episcopo qui eos, si excesserint, coercere valeat, eo casu a Sedis apostolicæ nuntiis, si aderint, sin minus ab archiepiscopis, in eorum provinciis, vel ab episcopis Romano tantum Pontifici subjectis, intra, vel prope quorum diœcesis limites, eorum ecclesia, vel monasteria sita fuerint, tanquam a Sede apostolica delegatis ad hujusmodi decretorum observantiam prædicti omnino cogantur. Die 27 septembri 1650. Julius episcopus Sabin.; cardinal. Sachettus. F. M. Phæbeus sac. Rit. Congreg. Secretarius. Fuit impressum Romæ in regesto hujus Congreg. fol. 148. »

Declaratio præfati decreti super cultu beatis adhuc non canonizatis præstanto.

« Allatis ad sacram Ritum Congregacionem dubiis circa observantiam, et intelligentiam decreti sub cultu beatis adhuc non canonizatis præstanto editi die 27 septembri 1659, et publicati 3 februarii præsentis anni 1660.

« *Primo.* An ubi indultum fuerit, ut Missa de aliquo beato celebretur, liceat ejus imaginem, et simulacrum super altari exponere, necnon votivas tabellas ibidem appendere?

« *Secundo.* An si dies festi in beatorum honorem non celebrentur, extendatur ad festa devotionis?

« *Tertio.* An indulta recitandi Officium cum octava, vel sine octava, et celebrandi Missam de Beatis, fuerint revocata per dictum decretum sacræ Congregationis?

« *Quarto.* An in ecclesiis, in quibus Offi-

cium et Missa de Beatis recitari, ac respetive celebrari possunt, liceat eorum reliquias exponere?

« *Quinto.* An episcopi regulares, qui ex indulto Sedis apostolicæ gaudent privilegiis suæ religionis, de quibus sunt capaces, pro eorum conditione, possint de Beatis suæ religionis recitare Officium, et in propriis cathedralibus Missam celebrare, et altare beatis prædictis erigere? »

Sacra Rituum Congregatio respondit:

Ad primum, affirmative.

Ad secundum, negative.

Ad tertium, pariter negative.

Ad quartum, affirmative.

Ad quintum, negative, die 17 aprilis 1660. Julius episc. Sabin.; cardinal. Sachettus. Loco + sigilli. F. M. Phæbeus sac. Rit. Congreg. secret. Gratis etiam quoad scripturam. Romæ ex typographia rev. Cam. apost. 1660.

« 18. Cum fama sanctitatis defuncti coli, et invocari possunt cultu privato, sed non publico. — Quæritur VI. An, et quomodo coli, ac invocari possint illi, qui cum fama sanctitatis, aut insignis pietatis quidem mortui, adhuc tamen non canonizati, nec beatificati sunt? Resp. licetum, plium, et utile esse, tales colere, venerari, honorare et invocare cultu privato, non item cultu publico. Prima pars de cultu privato docetur a Glossa communiter recepta in c. h. t. in 6. ¶. *Sedis apostolicæ;* Bellarmino, lib. I, de Sanctis, cap. x; Sanchez, lib. II, in *Decalog.* cap. XLIII, n. 3, et aliis communiter, patetque ex c. 1 et 2, h. t. ubi prohibetur, aliquem publice venerari pro sancto absque Sedis apostolicæ auctoritate; sive a sensu contrario privatus honor permittitur.

« 19. *Constitutiones Urbani VIII circa cultum talem et imagines, atque miracula, revelationesque eorum.* — Porro circa cultum et venerationem hominum cum fama sanctitatis defunctorum, eorumque imagines, miracula, revelationes, etc. extant celeberrime, eaque sanctissimæ Constitutiones Urbani VIII, quarum prima incipit *Sanctissimus*, estque inter Constitutiones dicti Papæ 39, in *Bullario Cherub.* dignissima, ut hic per extensem ponatur.

Constitutiones Urbani VIII, circa cultum talem et imagines, atque miracula, revelationesque eorum.

« Sanctissimus D. N. sollicite animadverens abusus, qui irrepserunt, et quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam cum sanctitatis aut martyrii fama, vel opinione defunctis, qui, etsi neque canonizationis, neque beatificationis honore insigniti sint ab apostolica Sede, eorum tamen imagines in oratoriis, atque ecclesiis, aliisque locis publicis, ac etiam privatis, cum lau-reolis aut radiis, seu splendoribus propounduntur, miracula et revelationes, aliaque beneficia, a Deo per eorum intercessione accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, et ad illorum sepulcra, tabellæ, imagines, et res aliæ ad beneficia accepta testificanda, et lampades, et alia lumenaria apponuntur.

« § 1. Volensque proinde hujusmodi abusui, pro debito officii pastoralis, occurrere, re etiam cum illustrissimis ac reverendissimis DD. cardinalibus, contra haereticam pravitatem in universa republica christiana generalibus inquisitoribus communicata, et mature considerata, ac discussa declaravit, statuit, et decrevit, ne quorumvis hominum, cum sanctitatis, seu martyrii fama (quantumque illa sit) defunctorum imagines, aliaque predicta, et quocunque aliud, venerationem, et cultum præ se ferens, et indicans, in oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel ecclesiis tam sacerdotalibus, cujuscunque religionis, ordinis, instituti, congregationis, aut societatis apponantur antequam ab apostolica Sede canonizentur, aut beati declarantur (et si quæ appositæ sunt) amoveantur, prout eas statim amoveri mandavit.

« § 2. Ac pariter imprimi de cætero inhibuit libros eorumdem hominum, qui sanctitatis, sive martyrii fama, vel opinione (ut præfertur) celebres e vita migraverint, gesta, miracula, vel revelationes, seu quocunque beneficia tanquam eorum intercessionibus a Deo accepta continentis, sine recognitione, atque approbatione ordinarii, qui in iis recognoscendi, theologos, aliosque pios ac doctos viros in consilium adhibeat, et ne deinceps fraud, aut error, aut aliquid novum, ac inordinatum in re tam gravi committatur, negotium instructum ad Sedem apostolicam transmittat, ejusque

responsum exspectet. Revelationes vero, et miracula, aliaque beneficia supra dicta, quae in libris horum hominum vitam, et gesta continentibus, hactenus sine recognitione, atque approbatione hujusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque Sua Sanctitas.

« § 3. Ad horum hominum sepultra, ve-
tuit etiam, ac inhibuit, tabellas, atque ima-
gines ex cera, aut argento, seu ex alia qua-
cunque materia, tam pictas, quam factas,
atque exsculptas appendi, aut affigi, et lampades, sive alia quæcunque luminaria accendi, sine recognitione ab ordinario omni, prout supra facienda, Sedique apostolicæ referenda, ac probanda.

« § 4. Declarans, quod per supra scripta præjudicare in aliquo non vult, neque inten-
dit iis, qui aut per communem Ecclesiæ consensem, vel per immemorabilem tem-
poris cursum, aut per Patrum virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis apostolicæ, vel ordinarii coluntur.

« § 5. Ut autem præmissa diligentius observentur, universis, ac singulis, quam hæ-
reticæ pravitatis inquisitoribus districte præ-
cipit, ut in sua quisque diœcesi, vel provin-
cia sedulo pervigile, ne sine approbationib-
us prædictis imagines cum memoratis si-
gnis exponantur, aut miracula, revelationes,
ac beneficia prædicta publicentur, aliave
contra superius disposita fiant.

« § 6. Transgressores vero, si regula-
res fuerint privationis suorum officiorum,
ac voci activæ, et passivæ, necnon sus-
pensionis a divinis : si vero clerici sæ-
culares, privationis pariter suorum officio-
rum, suspensionis a divinis, et ab ad-
ministratione sacramentorum, executioneque
suorum ordinum respective, aliisque arbitrio
prædicatorum ordinariorum, seu inqui-
sitorum pro modo culpæ affligendis poen-
pleteo.

« § 7. Qui autem libros impresserint, aut
imagines pinxerint, sculperint, seu quoquo
modo effinxerint, vel formaverint, ceterique
artifices circa præmissa qualitercumque de-
linquentes, prædicta omnia amittant, et in-
super pecuniariis, aliisque etiam corporali-
bus poenis, juxta criminis gravitatem, eo-
rumdem ordinariorum, seu inquisitorum
arbitrio afficiantur.

« § 8. Contrariis quibuscumque non ob-
stantibus. »

Sequitur declaratio præinsertæ prohibitionis.

« Postmodum vero idem SS. D. N. a qui-
busdam revocari in dubium accepit, an ta-
bellas, et imagines, quas in posterum offerri
contigerit, recipere, et antea oblatas con-
servare liceret? Sanctitas Sua, quæ tantum-
modo voluit, occurringo abusibus, qui irre-
pere videbantur, certiore parare viam ad
eorum in terris gloriam, quorum sanctimo-
nium divina clementia placuerit admiran-
dis operibus illustrare; re prius cum illus-
trissimis et reverendissimis DD. cardinali-
bus contra hæreticam pravitatem generali-
bus inquisitoribus communicata, præsenti
decreto declaravit. Quod sicut nunquam
prohibuit, nec suæ intentionis fuit prohibere
oblationem, receptionemque tabellarum, et
imaginum hujusmodi, ita ut nulli deinceps
haesitationi locus relinquatur, statuit impræ-
sentiarum, et decernit, ut quoties ad aliquam ecclesiam, aut oratorium, locumque
alium publicum sæcularem, seu regularem
tabellæ, et imagines, aliudve similo quis-
piam detulerit, ac intercessione hominum
inter sanctos, vel beatos non adscriptorum,
quamvis cum martyrii, vel sanctitatis fama
demortuorum, optata se impetravisse dixer-
it, liceat ecclesiasticis personis ecclesiarum
locorumque prædictorum curæ præpositis,
tabellas, et imagines sive pictas, sive ex
quavis materia factas, atque aliæ quæcunque
collatæ gratiae fidem facientia simul
cum deferentis, aliorumque qui consci fuen-
t, attestationibus accipere, atque appro-
banibus ordinariis, ad quos referre statim
omnia teneatur, in secreto aliquo, seorsum
ab ecclesia, loco custodire, ibidemque jam
amota, collocare, et asservare, ut si quando
Dominus talium virorum merita beatificationis,
seu canonizationis honore in terris
decorare voluerit, extent hujusmodi sancti-
tatis qualescumque probationes, apostolicæ
Sedis judicio tunc examinandæ, contrariis
quibuscumque non obstantibus. »

Altera ejusdem Urbani VIII constitutio incipit *Cœlestis Jerusalem*, estque 134 in dicto *Bullario*, in qua constitutione omnia in priori edita de novo renovat, atque motu proprio confirmat, simulque statuit, « Ne ex tunc deinceps quispiam ordinariorum, aut ab apostolica Sede ad hoc specialiter delegatorum super alicujus utriusque sexus, cum sanctitatis, aut martyrii fama, vel opinione defuncti miraculis, revelationibus,

§ II. DE VENERATIONE RELIQUARUM, ETC.

191

aliisve hujusmodi sanctitatem redolentibus ex integro informationes quoquo modo re-
ciperet, aut processum instrueret, vel huc usque receptas informationes, instructumve processum ulterius prosequeretur, nisi pos-
tulator prius per legitimas juridice suscep-
tas probationes circa personam ejus, de cu-
jus miraculis, revelationibus, aliisve rebus
gestis sanctitatem præ se ferentibus age-
retur, præscriptam in præfato nostro decre-
to formam omnino servatam extitisse docue-
rit, et nisi postea successive idem ordinarius,
aut ab apostolica Sede ad hoc specialiter
delegatus diligenter præhabita disquisitione
circa eamdem personam, supra citato de-
creto nullatenus contraventum esse, rite
pronuntiaverit: utque id inviolabiliter obser-
vetur, statuimus insuper, ac decernimus, ne
transmissi ad urbem undecunque hujus-
modi processus, a Congregationis sacrorum
Rituum secretario minusque sanctæ fidei
promotore quomodolibet aperiantur, nisi
prius in sacrorum Rituum Congregatione,
allo sejunctim oblato authentico processu,
ex eo ordinarium, aut ab apostolica Sede
specialiter delegatum rite, ac recte præmit-
titur, cognovisse, ac pronuntiasse prælibato
decreto nequaquam contrarium esse plene
constiterit, ac deinde a nobis judicialiter
aperieadi eos processus facultas inducta fuisse.
Insuper longissimum tempus, illiusque
immemorabilem cursum, de quo in prædicto
decreto, intelligi declaravimus esse tempus
centum annorum metam excedens: Deque
his, atque infra scriptis omnibus, quæ in
decretis disposita, et ordinata sunt, aliqua
suboriente difficultate ordinariis locorum, et
delegatis apostolicis quibuslibet omnem omni-
no interpretandi facultatem ademimus:
utque Sedem apostolicam desuper consulente-
runt, ab eaque responsum expectarent, man-
davimus eisdem, et alia prout in decretis
desuper editis plenius continetur. »

20. *Deductiones practice.* — Ex his itaque constitutionibus, atque ex conclusione n. 18 posita breviter pro praxi infertur. I. Illicitum esse de præfatis famulis vel famulabus Dei nondum beatificatis dicere Missam, vel reci-
tare Horas canonicas, vel eorum nomina Litanii ab ecclesia confectis inserere, ac in-
vocare: item illicitum esse, in eorum hono-
rem templa erigere, vel altaria publica, aut
eorum reliquias in publica processione cir-
cumferre, aut venerationi publicæ exponere,
etc. Ratio est: quia hæc et similia cultum

denotant publicum, qui nomine Ecclesiæ,
aut tanquam constitutus ab ea fit, aut fieri
censetur; prout cum Bonacina, Sanchez, et
aliis jam diximus in *Theologia nostra Morali*,
tract. V, dist. 4, q. 4, n. 41.

21. E contraria licitum, utile, ac pius esse,
memoratos famulos et famulas Dei honorare,
ac invocare privatis orationibus ac precibus,
eos sibi in patronos eligere, in eorum ho-
norem jejunare, se mortificare, quotidie ali-
quas preces, vel alias devotiones, etiam aliis
videntibus, vel audientibus persolvere, eo
quod hæc non nisi cultum denotent privatum
utpote non nomine Ecclesiæ neque tanquam
institutum ab ea, sed tantum privata devo-
tionem exhibunt.

22. Infertur II. Circa imagines eorum, il-
licitum esse, eas cum radiis, laureolis, vel
splendoribus pingere, vel pictas habere,
sive deinceps publice, sive privatim, et in occulto
asserventur; liquet ex citatis Bullis *Sanctissimus*, et *Cœlestis Jerusalem*. E contra a sensu
contrario licitum ac pius esse, eorum ima-
gines sine radiis, splendoribus, aut laureolis
depictas vel sculptas domui sue habere, eas-
que ibidem etiam videntibus aliis venerari.
Non vero in templis, sacrariis, et oratoriis
quibuscumque præsertim in quibus sacri-
ficium Missæ, vel alia divina Officia pera-
guntur; ut habetur ex decreto Sacræ Con-
gregationis apud Landuscha *¶ Beati*.

23. *Miracula et revelationes cum fama sanctitatis defunctorum typis mandare, quomodo prohibitum?* — Infertur III. Illicitum quoque esse, talium nondum beatificatorum mira-
cula, revelationes, aut beneficia eorum in-
tercessione collata typis mandare, nisi prius
ad Sedem apostolicam, unde responsum
exspectari debet, transmittantur: ita clare
habentur in citata Bulla.

§ II.

DE VENERATIONE RELIQUARUM, ET APPROBA-
TIONE EARUM DEM: UBI ETIAM DE MIRACULIS,
EXAMINATIONE ET APPROBATIONE EORUM DEM.

24. *Reliquiae sanctorum, quid?* — Quæ-
ritur I. Quid sint reliquiae Sanctorum? Et
quid de cultu ac veneratione earum? Resp. I.
Per *Reliquias Sanctorum* ad propositum in-
telliguntur eorumdem corpora, et corporis
partes, portiones etiam minimæ, puta caput,
manus, digiti, dentes, ossa, capilli, cineres,
pulveres, item eorum vestes, panni, vela,